

Stephanus Galdeti

⟨An aliquod peccatum sit infinitum⟩

Editor: Alexander Baumgarten

work in progress

05.03.2025

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

Project NOTA-ERC

⟨An aliquod peccatum sit infinitum⟩

P1 131r

|| Magister Bertholdus respondit an aliquod peccatum sit infinitum, et dixit quod sic obiective, premiative, partitive, non quidditative. Quod non premiative, quia omnia peccata essent equalia, similiter quod Deus
5 puniret equaliter peccantes inequaliter, quia illum qui ante moritur dixit quod debetur pena infinita dampni, quia privatio infinite glorie quam aliquis posset habere, sed non sensus, quia Deus semper illo modo agit misericorditer et punit citra condignum, et tunc contra hoc, quia posito quod daretur infinita pena sensus illa esset minus mala peccato, quia
10 opponitur bono honesto, pena vero non. Et tunc dixit alias duas quod aliquid peccatum punitur ultra condignum, ut veniale discederetur cum mortale et aliquod non, ut mortale, cum quo illud veniale.

Contra primum, quia Deus esset iniustus si daret plus de penitentia quam demerisset pro alicui peccato. Dixit quod nulum si daret plus
15 quam ille homo demerisset. Si autem plus quam demerisset pro aliquo peccato. Dixit quod nullum si daret plus quam ille homo demerisset si dentur plus quam demerisset pro illo peccato licet cum alio non est iniustus, sed tunc ex hoc sequitur contra eum, quia illa pena non datur pro illo veniali, sed pro mortali, et ideo veniale non punitur ultra
20 condignum, et ita videtur quod illud non sit nisi verba, nec illa dicta sunt ad propositum et ideo dimitto.